

B. h. II, 178.  
h. 49, 16.

X 1877976

198.  
II R  
3116

I. N. J.

De

**SERVITIIS FEUDALIBUS,**

Consensu Magnifici Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

Viro

Nobilissimo atqve Excellentissimo

**Dn. D. PAULO FRANCISCO ROMANO,**

Prof. Pand. Publ.

*Patrono ac Præceptore suo venerando solen-*  
*niter disputabit*

**CASPAR DIETRICH à Schönberg/**

Eqves Misnicus,

AUTHOR.

*D. G. Aug. de 23 Junii*, Anno M. DC. LXXIV.

LIPSIAE

LITERIS TIMOTHEI RITZSCHII.

*W. E. Mylius.*





*Serenissimo & Celsissimo Principi ac  
Domino*

**DN. JOHANNI ADOLPHO,**  
Duci Saxoniae, Juliae Cliviae & Montium, Land-  
gravio Thuringiae, Marchioni Misniae nec non Supe-  
rioris atq; inferioris Lusatiae, Comiti Marcae, Ra-  
venspurgi & Barbi, Domino in  
Ravenstein.

*Principi ac Domino suo Clementissimo*

**Hanc qualemcumq; subjectissimae devotionis  
tesseram**

*inbumillimam studiorum suorum & commendationem*

*piam*

*mente manuq;ve*

**consecrat ac offert**

**Celsissimae ejus Serenitatis**

*subjectissimus & devotissimus*

*Servus*

**CASPAR DITTRICH à Schönberg**

**Autor.**







In Nomine Domini nostri JESU Christi ad omnia consilia, omnesque actus semper progredimur, l. 2. C. de off. Pref.

Præf. Afric.

### Præmium.

**D**E Servitiis Feudalibus dicturus in evolvendis iis, quæ ad definitionem Nominis spectant, non multum mihi hærendum esse existimo, sed statim rem ipsam aggredior, Divinum Numen venerans, ut cæpta felicia faustaque esse jubeat. Sit itaque circa hanc rem DEUS principium, medium & terminus, Nov. 89.

§. 1.

Quantquam generale hoc sit in omnibus Vasallis, ut teneantur Dominis esse fideles, getrew / hold / und gewärtig / prout hæc expressè in Lehn. Eynd habentur, & à fide, quâ obstricti sunt Dominis, dicantur fideles, 1. F. 4. §. 3. t. 4. §. 6. & t. 6. 1. F. 26. & 2. F. 19. In specie tamen servitia feudalia, vulgò Ritterdienste / ad quæ præstanda Vasalli tenentur, sunt vel Determinata, vel Indeterminata.

§. 2.

Determinata ut plurimum in verbis investituræ comprehenduntur, nimirum, ut Vasallus, v. gr. uno, duobus, tribusvè eqvis sit præsto, daß er das Lehn mit einem / zwey / oder drey Pferden bediene / Jacob de S. Georg. tr. de Feud. verb. Et promiserunt. n. 28. Kohl. Tr. de servit. feud. p. 4. n. 95. Heig. l. 1. q. 18. n. 12. 14. Boccr. tr. de feud. c. 4. n. 30. Dn. Struv. in Synt. Jur. Feud. c. 4. aph. 16. 19. & 20.

§. 3.

Quod si tamen feudum sit exiguum, à duobus vel pluribus conjunctim sumtis unus ali & mitti cum milite eqvus solet, daß das Lehn ein halb Ritter-Pferd oder weniger halte / Kohl. c. 1. Gothofr.

Az

thofr.



*thofr. Anton. Disp. Feud. 7. th. 3. lit. C. Schrad. de feud. p. 6. c. 6. n. 4.  
tom. 1. F. 132. Knich. de investit. pact. p. 2. c. 5. n. 6. Kobl. p. 4. n. 98.*

§. 4.

Sed quid statuendum, si summa necessitas, ut à Vasallo majora, quam in investitura expressa sunt, servitia exigantur, svadeat? Huic nulla lex posita est, arg. l. 5. §. 12. & 13. ff. de nov. oper. nunc: Qua propter tum Vasallus pluribus, quam aliàs obligatus est, eqvis ac hominibus celeriter congregatis, Dominum adjuvare debet, arg. 2. F. 26. §. licet. Vid. Kobl. d. l. n. 98. ubi etiam n. 99. agit de servitio præstando in honorem Domini splendidioris apparatus causa, in Ehrenfällen.

§. 5.

Indeterminata v. servitia præstari solent eò modo, quò exhibentur ab aliis ejus conditionis ac loci Vasallis, aut recepta fert consuetudo, Schrad. c. 6. n. 4. Solet quoque interdum recurri ad Schedulas Lustratorias, Muster oder Jurir-Zettel / ut, quot eqvis delectu factò quis aliàs comparuit, tot regulariter servire obligatus esse præsumatur. Knich. de pact. invest. p. 2. c. 5. n. 19. de jur. territ. c. 3. n. 336. & Paul. Matth. Wehner obs. pract. voce, folge.

§. 6.

In universum a. servitia illa in ope belli pacisqve tempore Domino ferenda, consilio atqve auxilio, quoties vel Domini vita, vel corpus a. honor petitur, præstando, territorioqve ac aliis ejus bonis & juribus conservandis augendisqve consistunt. Nec interest, siue religionis, siue alius reip. utilitatis causa urgeat, conf. Siruv. Syn. Jur. Feud. c. 9. aph. 5.

§. 7.

Nec erraverit meo judicio, qui huc trahere quoque aufit servitium præstandum Imperatori à Principibus & membris Imperii, quando ipsam Romam ad suscipiendam Imperii Romani coronam comitantur, l. 2. F. 54. Quod Jure Feud. adeò Vasallo præstandum incumbit, ut secus faciens feudum perdat, & Dominus in suos usus illud redigendi liberam potestatem accipiat, d. 2. Feud. 54.

§. 8.

Hæc a. Expeditio Romana, Römer-Zug / (ita n. servitium hoc



hoc appellatur, ) non solum ob splendorem & Majestatem, sed & ob periculum & insidias, in quas isto in itinere incidere Imperator potest, inventa fuit. Legimus n. præsertim in Lotharii III. & Frider. I. historiâ, Imperatoribus eò auxilio imprimis etiam hanc ob causam opus fuisse, *add. 2. F. 40. pr. vers. similiter. add. etiam Christoph. Lehmann. in der Speyerischen Cronica / ubi ita scribit, lib. 2. c. 42. fol. 177. §.* Zum achten: Ist der Gebrauch eingeführet worden / daß die Fränckische Könige / obwohlen sie Italien / Franckreich und Teutschland / nach jedes Königes Rechten / Gesäßen / und Berechtigkeiten beherrschet / jedoch die Kaysersl. Cron vom Bischoffe zu Rom auß sonderbahrer affection und Andacht / in dem sie diese Hoheit erkennenet / mit stattlichen ceremonien empfangen / und von solcher Erönung die Jahre der Kaysersl. Regierung angefangen: Solchen actum und die Kaysersl. Erönung mit aller geziemender Herrligkeit / Pomp / und stattlichen prächtigen Ansehen zu begehen / ist von den Ständen verabschiedet worden / daß die fürnehmsten Fürsten des Reichs mit ihren Lehnleuten den König bis gen Rom / und wieder zurück begleiten / und ein ieder Fürst nebenst andern seinē Dienern einen Marschalck / Truchses / Schencken und Cämmerer halten / und mit führen müssen / solchen Zug zu An-fahrung Kaysersl. Erone hat vor altersher der Römer Zug / oder Expedition Romana geheissen / davon sich kein Fürst im Reich noch andere Stände / so des Reichs Lehngenossen / ohne sondere Bewilligung / oder Verstattung des Königs absondern können / oder im Fall einer zurück geblieben / und dem Reichs Abschiede nicht nachgesehet / hat er hiermit des Reichs Lehn verwürcket / und ist dessen öffentlich vor Ver-lustig erkennenet worden. De Expeditione hac Romanâ extat quoq; peculiar. Constit. Caroli III. Crassi dicti, Anno 890. Wormatiæ promulgata, quam idem Lehmann. c. suo 42. inseruit; Plura vide ap. Casp. à Lerch. in Discurs. de Ord. Equ. Germ. m. 2. Fund. n. 59. fol. 129. & Goldast. lib. 2. de Reg. Bohem. c. 15. fol. a. a. a. 229. & seq.

§. 9.

Sed hæc olim ita obtinere. Enimverò post tempora Caroli V. nullus Imperatorum amplius à Pontifice coronatus, atqve hinc etiam expeditio illa Romana omissa fuit, teste Carpz. de Capit. Cas. c. 2. sub. n. 22. Unde cum & hodiè ea suscipi am-

4.  
lo  
ur,  
er.  
us  
va-  
a-  
ap-  
ex-  
pta  
urri  
vot  
vire  
de  
ore  
vi-  
aliis  
Nec  
eat,  
ufit  
bris  
Ro-  
deò  
dat,  
ac-  
tium  
hoc





plus non soleat, nomen quidem remansit, sed res ferè ad alium  
 usum pro necessitate Imperii ejusque utilitate translata est, scil.  
 sumtus, qui ad bellum adversus Turcas movendum, à Statibus  
 Imperii conferuntur, nonnunquam ad quantitatem expeditio-  
 nis Romanæ computantur, & de hinc nomen accipiunt.  
**Reichs-A. zu Regensp. de Ann. 1594.** wiewohl nun Churfür-  
 sten &c. fol. 710. *ibi.* Eine Hülffleistung auff den einfachen Römer-  
 Zug N. Monat / am Gelde zur eilenden und beharrlichen Hülffe  
 zuerlegen bewilliget. *Et Ann. 1598. §.* So ist doch von ihnen &c. *in verb.*  
 auff den einfachen Römer-Zug / *Et Ann. 1603. §.* Nichts destowe-  
 niger aber. *ibi.* den einfachen Römer-Zug / noch im vier nacheinan-  
 der folgenden Jahren &c. *sic Ann. 1582. zu Augsp. §.* wann dann dem  
 H. Reiche: *ibi.* auff den einfachen Römerzug in fünf Jahren &c.  
 und zu Regensp. *Ann. 1576. §.* dieweil aber unsern. *in verb.* auff dem  
 einfachen Römerzug innerhalb 6. Jahren. Et quandoque simpli-  
 ces esse, nach dem einfachen Römerzug; quandoque duplicati,  
 quandoque etiam pro dimidio tantum solvi solent. Reichsab-  
 schied zu Regensp. *de Ann. 1541. §.* wiewohl Churfürsten. fol. 256. *in*  
*verb.* den halben Anschlag des Römerzugs. Sed & interdum sumtus  
 isti ad alios adhuc usus transferri solent, ut v. g. ad demolienda  
 castra Bannitorum, Reichs-A. zu Erffurth / *Ann. 1567.* Wann wir  
 nun in unsern &c. *ibi.* auff die 4. Monat einfach &c. ad extruenda  
 vel minuenda fortalitia, similiaque alia, R. A. zu Speyer / *Ann.*  
*1570. §.* Erstlich / dieweil noch &c. fol. 609.

§. 10.

Porro huc spectare videntur Hostenditiæ. Quæ sunt ( sic  
 enim describuntur, 2. F. 40. *vers. similiter.* ) adjutorium, quod  
 Vasalli præstant Dominis Romam cum Rege in hostem ( id est  
 exercitum, ) pergentibus, quando ipsi unà cum illis ire nolunt.  
 Quantitas est in Lombardia quidem de singulis modiis duode-  
 cim denarii; in Teutonica verò terra tertia pars fructuum, facta  
 tamen computatione solummodo ejus anni, quo hostem seu  
 expeditionem faciunt, ut habent verba in *d. c. un. 2. F. 40.*

§. 11.

Nobis Heersteuer dicuntur, Lehn-R. c. 46. Schneid. p. 5. *de*  
*feud. n. 96.* Item Keißgeldt / vel ut olim, Heers-Schuldt / Heers-  
 Bann /



601.

Bann / vel quia imprimis intuitu Feudorum regalium exsol-  
vuntur, Königssteuer / *Aventin. lib. 4. fol. 286. lit. B.* ubi subjicit:  
Qui feudum ab Imperio receperat, nec ipsi integrum erat, ut  
militaret, annuatim pendebat quinque de uno modio fru-  
menti, nullo prorsus exempto, ne quidem morbi aut senectutis  
habita ratione.

§. 12.

De Jure Sax. præstare Hostenditias dicitur, die Farth lösen/  
Lehn-R. c. 4. der Mann ist mit den Herrn zu ziehen schuldig / oder  
muß die Farth lösen / mit den zehenden Pfund / daß den er jährli-  
chen von ihm hat. *Schneid. p. 5. de feud. n. 114.* Verum his tempo-  
ribus ejusmodi Hostenditiæ in desuetudinem abierunt, *Andr.*  
*Knich. de sublim. terr. jure. cap. 3. n. 383.*

§. 13.

Cæterum haud exigua controversia est, cujusnam sumti-  
bus Vasallus servire debeat? Et quamquam *Zaf. p. 7. de feud. n.*  
*44.* statuatur, Vasallum propriis sumtibus servitia præstare obli-  
gatum esse, quod etiam *arg. 2. F. 23. §. ult.* probari posse vide-  
tur: Communiter tamen receptum est, ut Vasallus in Domini  
territorio propriis sumtibus, extra verò ejus provinciam Do-  
mini stipendio militare soleat. *Rosenth. de feud. c. 8. Conclus. 29. &*  
*seq. Borch. c. 1. n. 25. 26. seqq. Wesemb. de feud. c. 10. n. 13. seq. Schrad.*  
*pag. 6. c. 6. n. 13. seq.* Nisi feudum sit exiguum, ut sumtibus etiam  
primo isto casu sufferentis non sufficiat. Tunc enim eos indi-  
stinctè Dominus suppeditare debet, *Wurms. lib. 1. t. 50. de Feud.*  
*obs. 31.* Quamquam imprimis omni casu tenor investituræ quoque;  
respicendus sit. Illa enim potior est omni naturâ feudorum,  
eamque non restringere, sed indefinitè interpretari debemus;  
prout sonant verba, *Bald. in cons. 251. Roland. à Valle. cons. 79. n. 38.*

§. 14.

Illud etiam tenendum, quod Feudistæ vulgò statuunt, in  
Vasalli arbitrio & electione esse, an velit dimidiam partem  
fructuum, eò annò ex feudo collectorum persolvere, an vero  
servitia hæc præstare. *Zaf. p. 7. n. 42. Ros. c. 8. concl. 4. Schrad. p. 6.*  
*c. 6. n. 56. & seq. Bidenbach. cap. 21. circa fm. vers. quos seqv. & Alciat.*  
*conclus. 2. n. 8. lib. 3.*

§. 15



De Jure Sax. Vasallus iter sex septimanarum tantum pro  
servitiis Domino præstandis suo viatico, & suis cibariis ac sum-  
tibus facere tenetur. Sechs Wochen soll der Mann reisen/und sei-  
nen Herrn dienen bey seiner selbst Kost / Lehn. R. cap. 4. §. Des  
Reichsdienste / post part. secund. vers. Sechs Wochen soll der Mann/  
Zobel. p. 3. diff. 34. fol. 571. Contrarium tamen hodiernâ consue-  
tudine observari testatur, Col. diff. 28. n. 3. in fin. Solent etiam se-  
cundum eam vulgò in æstimationibus feudorum mille aurei  
pro uno eqvo statui, für ein Pferd Ritterdienste / quasi is de  
fructibus aut pensionibus annuis commodè sustentari queat.  
Licet enim in Germaniâ valdè variet æstimatio bonorû, Anschlag  
der Güter / diversimodeq; sæpius iniri soleat, Coler. de proc. exec.  
p. 3. c. 9. n. 132. de consuetudine tamen non modo quodlibet  
militare servitium ein Pferd Ritterdienst 1000. fl. æstimari, sed  
& feudo æstimato demi & detrahi solet, quia onus reale sem-  
per possessorem sequitur, Schrad. p. 6. cap. 6. n. 18. Knich. de pact.  
invest. p. 2. c. 5. n. 337. & seq. Jac. Schult. ad Coler. decis. 82. n. 5. Ge-  
org. Schultz. Synt. Feud. c. 10. n. 42. Conf. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9.  
n. 122. & seq.

Porro quæritur, utrum etiam Vasallus Domini jussu vias  
publicas custodire teneatur? Die Straßen zu bereiten. Quod  
negatur, quia territorii Dominus suis sumtibus ob vectigalia,  
quæ inde percipit, viarum securitati prospicere adstringitur, Co-  
ler. p. 1. Decis. 159. R. A. de Ann. 1548. §. ferner und noch mehr/  
Et de Ann. 1555. §. Nachdem aber ein ieder. Ita quoque in Facult.  
Wittemb. d. 7. Febr. Anno 1525. ad consultationem A. S. zu  
A. responsum fuit: Ist Er. Fürstl. Gnaden Lehn-Leuten / zu ver-  
sicherung der Straßen / und damit von den Unterthanen das Land  
gegen bevorstehende Saam-Zeit desto besser bestellet / und gebüh-  
renden Schutz darbey haben könten / befohlen worden / mit ihren  
Lehn-Pferden die Straßen zu bereiten / und auf die Placker und  
Räuber / so viel möglich / acht zu haben / worzu aber die Lehn-Leute  
nicht verbunden seyn wollen. Ob nun wohl Er. Fürstl. Gnad.  
Lehn-Leute unter andern den Gehorsam / ingleichen deroselben  
Schaden



Schaden zu wenden / und zu kehren / auch die Lehn zu verdienen ver-  
möge der Lehnpflicht geschworen / dieweil aber die Lehnpflicht auf die  
Versicherung der Landstraßen nicht zu extendiren / derentwegen  
sonsten die Zölle eingehoben / und davon die Straßen sicher und rein  
gehalten werden sollen / So sind die Lehleute zu verrichtung solcher  
Dienste bey Verlust der Lehn nicht anzuhalten / sondern werden  
damit billig verschonet / B. R. B.

§. 17.

Tenetur autem Vasallus Dominum suum tūm demum ad-  
juvare, quando ab eō fuit requisitus, 2. F. 26. c. un. §. licet. &  
e. F. 28. l. un. §. fin. 2. F. 37. arg. l. 22. in fin. ff. de oper. libert. Rosent.  
de feud. lib. 3. c. 5. n. 2. & seq. Bocer. tr. de Jure & commod. senior. Re-  
quiri autem potest vel immediatē ab ipso Domino, vel media-  
tē per Procuratorem, eumvē, cui ad hoc à Domino mandatum  
datum est, per text. supr. alleg. aut per literas, juxta Schneid. in E-  
pit. Feud. p. 5. n. 99. Ubi quoque subjicit, quomodo ista requisi-  
tio de consuetudine in terris præsertim Saxonis fieri soleat.  
Man schickt zu einem ieden Lehmanne einen sonderlichen Auf-  
gebots-Brieff / oder wenn es so eylend fürfället / schickt man densel-  
ben in offener Form von einem Edelmanne zu dem andern / die dem  
Boten Bekännuß geben müssen / daß ihnen solcher offene Auf-  
gebots-Brieff zukommen sey. Dicta tamen fallunt, si Vasallus in-  
fidias Domino strui, aut periculum magnum imminere intelli-  
gat. Quippē tūm etiam irrequisitus ei succurrere, & servitia of-  
ferre atque præstare tenetur, 2. F. 26. 2. F. 24. Gothofr. Anton. Disp.  
Feud. 7. th. 4. lit. A. vers. item quando Domino utilis esse queat, Borcholt,  
cap. 1. n. 24.

§. 18.

Regulariter quoque Vasallus in propria persona compa-  
rere debet, præsertim, si id evidens utilitas svadeat, ut verbi gra-  
tia, si rei militaris scientia præstet, aut alia ratione magis, quàm  
substitutus Domino utilis esse queat, l. 31. ff. de solut. l. un. §. 9.  
C. de caduc. toll. Limitatur tamen l. si Dominus dispenset, &  
Vasallo tacitē licentiam per substitutum serviendi concedat,  
B vide

pro  
m-  
sei-  
Des  
nn/  
ve-  
se-  
urei  
s de  
eat.  
hlag  
xec.  
ibet  
sed  
em-  
pact.  
Ge-  
c. 9.  
vias  
yod  
alia,  
Co-  
ehr/  
cult.  
F. zu  
ver-  
Land  
büh-  
hren  
und  
Leute  
bnad.  
elben  
paden





vide hâc de re latè *Kobl. c. 1.* (2.) Si justum adfit impedimentum, puta, si ejus ætatis sit Vasallus, ut nequeat ipse servitium amplius obire, 2. *F. 26. §. si decesserit, & tit. 55. §. firmiter.* Et quamvis in investitura dictum sit, quod in propria persona servire debeat, nihilominus tamen tali casu ei substitutum mittere licebit, quia cum propter legitimum impedimentum ipsemet servire nequeat, omninò excusandus est, *Schneid. in Epit. Feud. p. 5. n. 112. vers. si Dominus. Schrad. p. 6. c. 6. n. 44. Rosent. in Syn. Feud. c. 8. 9. concl. 23. n. 1. Bocer. tr. de jur. & commod. senior. lib. 1. c. 14. n. 14. & seq.* Ad justum quoque impedimentum pertinet alia infirmitas atque inhabilitas superveniens, de quâ *Kobl. n. 149. 153. & seq.* Illud quoque huc referri potest, si Vasalli dignitas aut conditio non admittat, ut ipse servitium exhibeat, *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 9. aph. 6.*

§. 19.

Semper autem admittitur substitutus in personis pupillorum, minorum, 2. *F. 26. §. si minor. Clericorum, d. t. §. qui Clericus.* Utpotè quibus militaria servitia planè interdicta sunt, *com. de Vasallo milite, qui arma belli depos.* necnon omnium aliorum, qui ad servitia feudalia prorsus inhabiles sunt. Uti se habent fœminæ, surdi, muti, cæci, aliique imperfecti. Quoties enim illis feudum conceditur, semper hoc simul ipsis tacitè permissum intelligitur, ut per substitutum Domino gratum & acceptum servire queant, *Rosent. in Syn. Feud. c. 8. concl. & seq.* Quis verò substitutus idoneus sit judicandus, boni viri arbitrio definiendum relinquitur 2. *F. 55. §. firmiter.* Sed quid, si Vasallus substitutum insufficientem mittat, & tamen Dominus eum acceptet, numquid ab isto officio erit satisfactum? Omninò, *arg. l. 52. ff. de iud. & l. 3. ff. de fidei. facit hùc l. 1. §. casum ff. de lib. & posth. Matt. de Afflict. sup. lib. 3. F. de prohib. feud. alien. per Friederic.*

§. 20.

Hoc etiam dubio non caret, si Vasallus duos habeat Dominos inter se belligerentes, utrum tali casu sequi debeat? Et *Dd.* quidem in hac quæstione in diversa abeunt: Quidam enim statuunt, quod ad servitium faciendum pro feudo Vasallus plures



plures Dominos habere nequeat, aut quod isto casu habeat electionem, cui præcipuè ex Dominis servire velit, *Matth. de Afflict. c. 1.* Quidam verò distinguunt inter Dominos & concludunt, antiquiori, si de ejus persona certò constet, in propria persona, reliquis verò per substitutum Vasallum servire debere. Quod si verò de eo dubium sit, neutrum juvandum esse, donec manifestum, quis antiquior sit. Et quamquam junior Dominus velit, ut Vasallus eum contra antiquiorem adjuvet, eum tamen ad hoc obstrictum non esse, & posse magis antiquiori Domino auxilium ferre, posteriorem verò relinquere, *per l. 26. ff. locat.* Licet enim ambo Domini ejusdem sint honoris, priorem tamen semper tali casu præferendum, *l. 1. C. de Consul.* Quod & probandum videtur. Cæterum jure Saxonico de eo, ita statutum legitimus, in *Lehn-Recht / c. 46:* Wenn ein Mann zween Herren und mehr hat / die ihm des Reichs-Dienste gebieten / der ihm denn zu erst gebent / mit dem sol er selber ziehen / und den andern allen sol er Heer-Steuer geben. Quamquam praxis moderna sic definiat: Daß der Lehn-Mann einem ieden Herrn Pferd und Knecht / wie er ihm zu dienen schuldig gewesen / zuschickt / und Er sitzet vor seine Person stille. *Adde Schrad. c. l. n. 19. & seq. & Ritter. lucubr. Feud. c. 8. §. 6.* Immò etiam contra ipsum patrem, fratrem, vel filios Vasallus Dominum adjuvare debet, quia majus vinculum est religio juramenti, quam ratio affectionis & conjunctionis. Quippe Vasallus generaliter jurat, sine aliqua exceptione, ergò ejus juramentum quoque generaliter erit intelligendum, *per l. 9. ff. de lib. leg. & l. 16. C. de fideicom.* Hoc tamen non dixero, quod etiam amoris & pietatis talibus personis debitæ planè dememnisse debeat, sed semper ejus, quantum fieri potest, recordabitur. Æquius tamen est, ut tum in propria persona pater aut filius auxilium hoc Domino ferre non teneatur. Exinde nonnulli hoc quoque colligunt, quod Vasallus etiam contra seipsum Dominum adjuvare obstrictus sit, (1.) quia generaliter juravit, (2.) quia si tenetur Dominum adjuvare contra filium, Ergò quoque contra seipsum, cum pater & filius habeantur pro una eademque persona. (3.) Huc trahunt *l. 38. §. 12. de Negot. gest.* ubi durius quis obligatur in eò, quod respicit seipsum, quam

B 2

quod

edi-  
viti-  
iter.  
ona  
mit-  
ipse-  
Epit.  
Syn.  
lib. 1.  
et a-  
bl. n.  
nitas  
vuv.  
  
upil-  
i Cle-  
nt, c.  
orum,  
abent  
im il-  
iffum  
ptum  
verò  
inien-  
ubsti-  
eptet,  
. 52. ff.  
. Matte  
  
at Do-  
t? Et  
enim  
asallus  
plures



quod respicit alium, & quod in aliorum persona facio, multo fortius in meâ servari debet. (4.) Quia vocabulum omnes etiam Vasallum comprehendere videtur. Nemo enim nisi Imperator, 2. F. 7. 55. in fin. Grot. de J. B. & P. lib. 1. cap. 4. n. 1. & seq. Hartm. Pist. l. 2. quest. 47. n. 33. Kohl. d. l. n. 31. & seq. Et Dominus antiquior excipitur, 2. F. 28. in fin. Struv. Syn. Jur. Feud. c. 4. aph. 9. in fin. Hartm. Pistor. c. l. n. 35. & seq. Schrad. p. 6. cap. 6. n. 20. Rosenth. c. 8. concl. 16. (5.) Quia, si quis promisit exigere debita mea, tenetur etiam à seipso, si est debitor meus, exigere, Alexander, in 2. Vol. cons. 147. in 2. col. Matth. de Afflict. c. l. quæ quidem suo loco relinquimus.

§. 21.

Disputant præterea, num Vasallus salutem Domini propriæ præferre debeat? Quod quidem etiam videri poterat. (1.) Quia jurat Vasallus defendere Dominum pro posse suo. Ergo etiam tùm, si propria ipsius salus in periculo est constituta. (2.) per arg. l. 1. §. 28. w. de Sect. Syllan. ubi Divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: Quotiens servi Dominis suis auxilium ferre possunt, non debent saluti eorum suam antepone. (3.) per text. 2. F. 39. §. ult. ubi generaliter & indistinctè disponitur, Vasallum, qui Dominum à morte liberare potuit, nec fecit, feudo privandum esse. (4.) per text. 1. F. 17. & 2. F. 24. §. 2. (5.) quia Dominus ea potissimum de causa feudum Vasallo concessisse censetur, ut fidissimum in periculis adiutorem habeat, qui ne propriæ quidem vitæ sit parsurus, dummodo vitam Domini tueri queat, 2. F. 6. de form. fidel.

§. 22.

Sed contrarium determinat Gloss. 1. F. 17. in c. 1. quia nulli tenetur quis magis fidelis esse, quàm sibi metipso, cum prima & ordinata charitas incipiat à seipso, l. 6. C. de servit. & aqu. plusquàm se quis amet in ungue pedis, quàm alterum in vertice capitis, ut inquit Bald. cons. 312. semper etiam in juramento fidelitatis, quatenus id contra omnem hominem dirigitur, excepta intelligatur persona jurantis, Gloss. & Dd. in c. ult. h. Laur. Sylvan. de feud.



*feud. recogn. q. 109. n. 12. & generali promissione seu obligatione non veniunt ea, quæ quis, si in specie de iis interrogatus fuisset, verisimiliter non promississet, lib. 6. ff. de pign. Itaq; Vasalli obligatio intentionem ejus egredi non debet, per l. 4. § 19. de reb. cred. Aliud tamen dicendum, si in promissione fidelitatis peculiariter sit expressum, quod Vasallus in casu necessitatis etiam cum periculo vitæ propriæ Dominum defendere debeat. Itaq; hæc in parte discrimen inter servum & Vasallum intercedit: Iste enim etiam cum periculo suæ personæ Dominum adjuvare obligatus est, per l. 1. §. 28. ff. ad Sc. Syllan. habetq; Dominus in eum potestatem summam & jus vitæ ac necis, §. 1. §. de his, qui sui vel alien. jur. Hic verò minus. Mala itaq; est comparatio illa, quæ fit de servo ad Vasallum, quia plus habet juris Dominus in servum, quàm Dominus feudi in Vasallum, quippè qui ipsi saltem ratione feudi obligatus est, ad fidelitatem & servitia: Licet verò auxilium cum ancipiti periculo vitæ sit conjunctum, prout sæpissimè evenit, quando tamen mors certissima non imminet, non poterit Vasallus prætextu periculi vitæ suæ imminentis Domino auxilium subtrahere, cum eâ ratione nunquam Domino in prælio teneretur opem ferre. At hoc itaq; obstrictus est, etiam si ut vitæ jacturam incurrat, fieri possit, 1. F. 17. 1. F. 21. Zas. de feud. p. 7. n. 37. Schenck. c. 1. in pr. n. 17. quib. mod. feud. amitt. Vasq. l. 1. controu. c. 11. n. 5.*

§. 23.

Quamquam autem Vasallus Domini salutem propriæ præferre non sit obligatus, ut modo fuit ostensum, laudabile tamen & gloriosum erit, si in maximo vitæ periculo constitutum, etiam cum proprio suò præsentissimo vitæ periculo, eripere non vereatur, maximè quando simul est ejus subditus. Cujusmodi exemplum habemus in Illustrissimi Herois Mauriti, Elect. Sax. B. m. Vasallo, æternâ laude digno, qui Dominum prostratum & jacentem totò corpore super-incumbens proteggit, Turcasq; irruentes tantisper, donec equites supervenientes Principem eriperent, strenuè pugnando sustinuit, ac multis demum acceptis vulneribus in castra relatus exspiravit.

B 3

§. 24.

ulto  
eti-  
pe-  
seq-  
nus  
aph.  
Ro-  
bita  
xan-  
dem  
  
pro-  
(1.)  
Ergo  
tuta.  
as in  
lium  
(3.)  
itur,  
feu-  
(5.)  
con-  
beat,  
Do-  
  
nulli  
na &  
usq;  
itis,  
atis,  
elli-  
n. de  
feud.





Non tamen etiam tùm Vasallus Dominum adjuvare tenetur, si constat causam ejus esse injustam, 2. F. 28. cum non sit præcepto Domini parendum, ubi constat de ejus in justitia, l. 33. C. de Decur. & l. 15. C. de excus. mun. l. 5. C. de Metat. & Epidem. Et l. 53. ff. de re judic. Unde statuunt, quod nec ad offendendum alium ipsi servitia sua exhibere obligatus sit. Et secus facientem excusationem non mereri, sed ei, quem offendit, ad damni emendationem seu restitutionem obligatum esse, Alvarott. in tit. 2. F. 28. n. 15. Schenck. ibid. n. 24. Schneidew. p. 6. c. 6. n. 26. Vult. lib. 1. c. 10. n. 15. Rosent. c. 8. concl. 20. n. 6. Si vero adhuc in dubio sit, justanè an injusta causa Domini sit, tunc verè Vasallus Dominum suum omninò juvare obstrictus est, etiam cum offensione alterius, 2. F. 28. Non enim est Vasalli, cui persona Domini semper honesta atque sancta videri debet, curiosè inquirere de justitia vel injustitia causæ, Alvarot. lib. supr. cit. n. 15. v. Item, qui difficill. Poterit tamen inapune desistere, si cognoverit, causam esse injustam, Gloss. & Dd. c. 1. in pr. quib. mod. feud. amitt. quia reprehensionem pœnamvè non meretur, qui ab actu, quem injustum esse perspicit, desistit.

Sed nec Domino Bannito s. proscripito, Vasallus servire tenetur, 2. F. 28. si scil. bannitus sit à Rege s. Imperatore, quem superiorem agnoscit; Tamdiu n. subditi à juramento fidelitatis tùm absoluti sunt, donec à Rege bannitus fuerit restitutus, c. 1. & c. 5. venerabilem. §. num. quid. X. de Elect. Menoch. conf. 101. n. 8. & in Const. Pac. Publ. Ann. 1495. & ita sub rubr. die Pöen der Friedbrecher. Nec non in Ord. Cam. Imp. p. 2. c. 9. §. 2. Cum n. constitutio sub pœna banni vetet cum bannitis conversari, multò minus permittendum est servitio, auxilio & subsidio illis ad esse, Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 12. & c. 15. n. 2. & seq. Carpz. pr. crim. p. 3. qv. 140. & latè Kohl. d. l. n. 59. & seq. Matth. de Afflict. sup. 3. lib. Feud. Hic finitur lex &c. Idem dictum esto de excommunicatione, 2. F. 28. excommunicatione scil. majore, quæ separatur à communione fidelium, secus n. est, ubi duntaxat excommunicatione



tio minor irrogata fuit, quæ saltem à perceptione sacramentorum arcet, non a conversationem simul s. communionem inhibet. Trahi quoque hoc potest Dominus hæreticus, cui peræque Vasallus ad serviendum non est obstrictus; Quippè & Hæretici sunt ab Imperatore banniti, per auth. Gazavos. C. de heret. Bona etiam ipsorum confiscantur, c. l. sunt insuper excommunicati, quibus non est serviendum ipsorumque Vasalli absoluti censendi sunt à debito fidelitatis & obsequii.

§. 26.

Existimant nonnulli, quod & Vasallus Dominum suum alere debeat, sed oppidò falluntur, & fallunt. Alimenta n. sub servitiis, ad quæ Vasallus est devinctus, non comprehenduntur, 2. F. 26. §. licet. Hartm. Hartm. tit. de feud. obs. 23. n. 4. Contrarium quidem statuunt Bartol. tr. de aliment. n. 54. Jason. Præl. Feud. n. 70. Jacobin. de S. Georg. de Feud. verb. qui quidem investit. n. 48. Schrad. p. 9. c. 8. n. 11. Rittersh. l. 7. c. 1. qu. 40. Quod admittendum videtur, si alimenta ista servitiorum loco præstentur, arg. 2. F. 55. §. firmiter. j. 2. F. 26. §. licet. In feudo verò Franco atque gratuitò concessio naturali quadam obligatione ad hoc obstrictus videtur esse Vasallus, nisi ingratitude cujusdam participem seipsum reddere velit, Add. Molin. in consil. Paris. §. 30. n. 145.

§. 27.

Communiter quoque affirmant, quod Vasallus Dominum ab hostibus captum cogatur redimere, præsertim si ex bonis captivi tantum pecuniæ commodè redigi nequeat, quantum tunc temporis sit necessarium, uti imprimis senserunt, Johann. Rayn. in c. imperial. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Erideric. Jacob. de S. Georg. vers. qui quidem investit. n. 77. Afflict. Decis. 9. n. 54. Schneidew. p. 5. n. 121. Rosent. c. 5. concl. 76. n. 5. aliique. Quod etiam probandum est, propt. text. 2. F. 24. §. Item., si delat.: ubi generaliter statuitur, Vasallum debere Dominum liberare cum possit, nisi feudo privari velit. Nec distinguitur pecunia possit, an manu militari id præstare. Proindè non est ambigendum, quin etiam pecuniâ suâ teneatur eum redimere, quando aliter ipsum liberare nequit.

§. 28.

e-  
fit  
33.  
Et  
li-  
en-  
ni  
in  
ult.  
pio  
o-  
en-  
o-  
vi-  
v.  
rit,  
itt.  
tu,  
te-  
em  
atis  
c. 1.  
n. 8.  
ied.  
sti-  
ultò  
esse,  
p. 3.  
lib.  
ica-  
om-  
ica-  
tio





Non prætereundum est h. l. an Vasallus perinde ac alius subditus collectas & contributiones præstare teneatur? Quod neg. (1.) quia Vasallus, ut sic spectatus, non est subditus, & (2.) ad certa tantum servitia est obligatus, idcirco ad quicquam ulterius non tenebitur; Quin etsi nulla fuerunt expressa servitia in investitura, Vasallus tamen illa duntaxat præstare tenetur, quæ alii ejusdem conditionis & regionis debent, *Schrad. de Feud. p. 6. c. 6. n. 4. & 5.* Ut taceam, quod, cum ratione feudi sit obstrictus Domino ad præstanda servitia personalia, æquum vicissim videatur, ut à pecuniariis contributionibus sit liber, onereque duplici haut gravetur, *l. 34. §. 5. w. de leg. 2. Klock. de contrib. c. 14. sect. 2. Rosent. c. 5. concl. 87. Heig. p. 2. q. 18. Nisi 1. consuetudine aliud sit introductum, vel 2. causa summæ & extremæ necessitatis adsit Carpz. 4. Resp. 71. Jac. de S. Georg. in tr. de Homag. Gloss. 1. n. 36. Wes. de feud. c. 19. n. 18. aliq.*

Ultimo loco quæritur, num damnum, quod Vasallus perpeffus est, ipse, num v. Dominus ferre debeat? Verior & receptior sententia est, quod Dominus ad ejus restitutionem non teneatur, ob *text. in l. 2. §. 1. ff. ad L. Rhod. de jact.* Ubi deciditur, quod si operarius laborando fregerit s. perdidit instrumentum suum, puta faber incudem, aut malleum, pereat ipsi, non alteri, cui pro mercede conductus operas præstabat. Et *l. 5. §. 7. vers. planè. ff. commod.* ubi equus ad bellum commodatus & amissus in eo, vel occisus, perit commodanti, simili modo & cum Vasallo comparatum est: Nam cum ad servitia militaria Domino sese obligaverit, consequenter & ea, quæ secum assumit, dum ad ea præstanda se accinxit, periculo amissionis exposuit, & sicut quando aliquid acquiritur, illud ipsius lucro cedit; ita contra, quando damnum casu fortuito subit, illud quoque ejus esse debet, *l. 20. w. de oper. libert.* Adde, quod Vasallus quoque commoditates & emolumenta feudi percipiat universa: Proin-



Proinde par est, & ratione naturali maximè consentaneum, ut  
 & damnum, dum pro feudo servit, eveniens, ipse potius, quàm  
 Dominus sustineat. Qui n. sentit commodum, sentiat etiam  
 incommodum. Jure tamen Sax. hoc non procedit, quippè  
 quò cautum: Wenn der Mann ein Pferd / oder ichts anders sei-  
 nes Gutes seinem Herrn geliehen hat / oder ichts anders an seinem  
 Dienst verlohren / daß ihm noch nicht vergolten ist / dieweil ist er  
 nicht pflichtig zu dienen seinem Herrn / noch Lehnrecht zu pflegen.  
 Quod verum, dummodo citra culpam rem suam amiserit, alio-  
 qui damnum, si quod suâ culpâ sentit, Vasallus sibi, non Domi-  
 no debet imputare. Rosent. c. 8. concl. 22. n. 3.

s. ult.

Et hæc de servitiis Feudalibus dicta sunt: Quæ si non  
 satis accuratè pertractata sint, Benevolus Lector, temporis pe-  
 nuria, & de hinc ortæ festinationi id imputabit. Interim sit  
 Laus, Honor & Gloria DEO Ter-Opt. Max. pro præstato au-  
 xilio in universa secula.

---

**F**Rugifer autumnus. Tu fructûs vere recente  
 Fers, Schönbergiaci Nobile Germen Agri.  
 Gratulor hos ausûs Te dignos. IHOVA secundet,  
 Ut patriæ quondam commoda multa feras!

D. NICOLAUS Creüsel  
 Academ. p. t Rector.

C

Ergo



**E**rgo Tuum nostras, **JUVENIS GENE-  
ROSE**, cathedras

*Occupat & solum Nobile Stemma replet.*

*Siste gradum, studiisque modum, GENS IN-  
CLITA, pone,*

*Præstringis radiis lumina nostra Tuis.*

Nobili atq; Generoso Dn. **RESPONDENT**,  
Amico ac quondam convictori suavissimo  
gratulabundus scrib.

**PAULUS Wagner** / D. Supr.  
Cur. Prov. Fac. Jurid. & Scabin.  
Adessor, Patriæ Confuli.

---

**Q**uem tenuit Philure *Schömbergum* quinque  
per annos,

Hic iterum dicit: Tu Philuræa vale!

Ne verò ingenii non nosset Lipsia dotes,

Ascendit cathedram, Justiniane, tuam.

Omnia nempe probat Philure, dicitq; abeunti:

Esto memor Philuræ: Nam memor Illa Tui!

*lubens meritoq; appos.*

**PRÆSES.**

---

**S**ERVITIUM FEUDALE docens Nunc, exferet  
Olim

**CASPARUS THEODORICUS SCHÖNBERGIUS**  
aptè.

*ita augurante*

**FRIDR. Geißler**, Silesio,  
Phil. & J. U. D. ac PP.

**Agnatis**



**A** Gnatis similis, nec Patris degener haeres,  
Schönbergi, ascendis jam Themidis ca-  
thedram.

Militis officium quod sit, fidiqve Vasalli,  
Ostendis doctis hisce tuis thesibus.  
Ergo tuo Feudo Te dignum comprobat omnis,  
Pluraqve ut obveniant feuda deinde Tibi.

Gratulabundus  
apprecatur

Joh. HENRICUS Melich.  
J. U. D.

**E**T Genus, & Proavos poteris jactare vetustos;  
Sed Tibi Doctrinae Fama, Decusq; placet.  
Non solâ Veterum; propriâ Virtute coruscas,  
Schömbergi; verâ Nobilitate viges.

Gratulab. apposuit

Dr. Gottfried Welsch/  
Fac. Med. Decanus, &  
Prof. Publ.

C 2

Ternio

E-  
N-  
IT I,  
imo  
pr.  
bin.  
ve  
ti:  
ui!  
S.  
ret  
us  
io,  
tis



2172 3116  
**T**Ernio Pieris cesit Schönbergius umbris  
Nuper, & egregium rettulit inde decus,  
Fallor? an exemplis, Schönbergi, accensus ab illis,  
Tendis idem rara carpere laudis iter?  
Par gente es, par mente simul, par fortibus ausis,  
Vix ut lac lacti par queat esse magis.  
Esto age! Conatus pariles par laurea cinget,  
Parq; erit excelsa quartus honore tribus.

Ita ominabatur


L. JOACHIMUS FELLERUS, P.P.,  
& Facult. Philos. h. t. Decanus.

— F I N I S —

von

MC





amo Principi ac

# ADOLPHO, & Montium, Land-

i Misniæ nec non Supe-  
e, Comiti Marcæ, Ra-  
Domino in  
ein.

no Clementissimo

ctissimæ devotionis

m commendationem

que

offert

Serenitatis

votissimus

H à Schönberg

